



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica**

**Huet, Pierre Daniel**

**Parisiis, 1679**

II. Janus idem ac Moses.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-16260**

res, Arcades fuere. Patrios autem illi ritus & religiones in Italiam intulerunt. Atqui satis declaratum est superiori capite, ex omnibus Græciæ regionibus non aliam sæpius esse delectam quam Arcadiam, cui natales eorum adscriberent Mythici, quos ad Mosis exemplar adornare vellent. Testis Mercurius, & Mercurio prognatus Pan; Aesculapius quoque, quem cultum ab Arcadibus, & apud eos humatum esse cognoscimus ex Cicerone, Paufania & Stephano: necon & Prometheus, qui cum Mercurio, & Aesculapio confunditur, quique Atlantis Arcadia regis, vel frater, vel pater fuisse dicitur: testis denique & Aristæus. Hinc colligitur Mosis nomen, ac rerum ab eo gestarum famam, ritusque etiam ac præcepta illuc pervasisse; profectosque subinde Arcades, iisdem moribus & institutis Italiam imbuiisse. Ergo Myrsilus Lefibus auctor est sterilitate laborantes in Italia Pelasgos proventuum omnium decimas Jovi, Apollini & Cabiris voravisse: in quo manifesta cernuntur Mosis & Mosaicæ Legis vestigia. Evander deinde sacra multa, præcipue vero Panis, quem Arcades præ Diis aliis summo in honore habebant, & antiquissimum omnium arbitrabantur, & Mercurii, quorum utrumque nos Mosem esse vicimus, cultum sanxit apud Italos, si Ovidio credimus. Literarum insuper usum, & Musicorum quorundam instrumento. Ovid. 5. Fast. rum, eodem docuit; & latis legibus mores eorum ferros ac rudes emendavit, quæ ab Ebrais ad Arcades profecte erant, atque ex Mosis historia arcessitæ & conflatae. Exin Hercules harum regionum incolis decimarum Diis impertiendarum ritum fertur tradidisse. Meminerunt & sacrificiorum Dionysius ac Strabo, Græcanico ritu Romæ fieri solitorum, & ab Evandro ac Hercule institutorum. Postrema hæc Romani accepérunt à Sabinis, qui Sancum, seu Herculem, auctorem gentis suæ jaçabant: idcirco nimis quod coloni efflent Lacedæmoniorum, ut auctor est Plutarchus. Lacedæmonii autem ortos se ab Hercule ferebant. Ita hi quoque ritus à Peloponnesis ad Romanos venerunt. Æneam postmodum, capta Troia, clam Samothracia Cabironum mysteria abfusisse, & in Italiam deportasse volunt quidam, Plutarcho teste: quæ Trojam condens Dardanus attulerat. In Cabiris autem non uno modo delitefecere Mosem supra vicimus. Mere quoque Mosaicum est, quod de Numa tradit Plutarchus, & retulit supra; editio ipsum cavisse, ne quis Romanorum effigiem Dei ullam vel pingere, vel sculperet; atque id fieri nefas habitum fuisse apud Romanos per annos centum & septuaginta. Igitur quæ sibi numina Romani colenda proposuerunt, vel eadem omnino fuere, ne mutatis quidem nominibus, que Græci venerabantur; vel interpolato parumper habitu ac nomine, manserunt tamen eadem apud illos; vel eorum propria ac peculiaria fuere, cujusmodi erant Quirinus, Evander, Carmenta, Acta Laurentia, Anna Perenna, aliaque hujusmodi. Ea prætero, propter quæ, inquit Cicer, datur homini ascensus in celum, Mentem, Virtutem, Pietatem, Fidem, easque laudes, quarum delubra Romæ publice dedicata erant. Prætero & illa, quæ hominibus, hominumve bonis tuendis & servandis presunt, qualia fuerunt Domiducus, Catius, Volumnus, Tutanus, Robigus, Terminus, aliaque hujus generis sexcenta. Omnia recognoscere nec vacat, nec necesse est. Seligam aliquot, quæ si suis exolvero involucris, Moses in iis statim apparebit.

II. Primus in scenam prodeat Janus, cuius ætatem cum Liberi, Persei, & Amphonis atate conjungunt Chronologi. Illos autem jam Mosem esse scimus. Nomen ac Moses. Janus variis modis Grammatici ερυθρογένεσι Mihi probabile est fieri ab Æolico ζεν, quod Jovis nomen est; unde ζενός, Janus; ut à ζενό, Iuno; à ζενό ματίη, Juppiter; à ζενό, Iugum. Ergo Janus est Juppiter, juxta rationem nominis. Jovem autem esse Solem Macrobius demonstravit. Ita Janus est Sol; ut Jana, Luna apud Varronem. Unde Diana dicta, quasi Diva Jana, quemadmodum & Divos Janos pro Sole, ut alibi notat idem Varro. Id jam obseruatum alii. Item cum ait Plutarchus Janum esse Dæmonem, Solen intellige: Dæmon enim esse Solem declaravi in Observationibus ad Origenem. Matutinus pater Horatio dicitur Janus: quidam diei dominum, quidam anni faciunt juxta Arnobium, & Servium; ex quibus concluditur Solem esse. Idem probant & alia plurima quæ viri docti collegerunt. Multus est in hoc argumento Macrobius, apud quem asseverat Nigidius Apollinem Janum esse, Dianaque Janam. Apollo autem Moses est, ut superiora indicant: meminisse enim debemus eadem re nonnumquam physica & historica symbola contineri. Sororem Camelén in Perrhabia Janum duxisse perhibet Dracon Corcyraeus apud Athenaeum: fororem patruelem Jochabed duxit Amram, ex quibus genitus est Moses. Bifrons pingebatur Janus; quod Græcus inter Italos degens, pristinæ linguæ usum, ac vitæ rationem mutavent; vel quod homines agrestes manufeccerint, inquit Plutarchus, vel quod & præterita sciverit, & futura providevit, inquit Macrobius. Hæc Mose omnia convenient, qui Ebraeus in Ægypto diu vivit, qui Ebraicam & Ægyptiam calluit linguam; qui Ebraeos legibus coœrcuit; qui

Cicer. De nat.  
Deor. libr. 3.  
Paufan. Arcad.  
Steph. in  
Kæsi.

Myrl. apud  
Dion. libr. 1.

Dionys. libr. 1.  
Strab. libr. 5.

Plut. Romul.

Plut. Camill.  
Plutarch. Nu-  
ma.  
Clement. Alex.  
Strom. 1.  
Euseb. Prep.  
libr. 9. cap. 6.

Cicer. libr. 2.  
de legib.

Macr. Sat. 1. 1.

cap. 21.

Varr. De re

rust. libr. 1. cap.

37. & De Ling.

Lat. libr. 6.

Plut. Numæ,

Horat. Serm.

2. Sat. 6.

Arnob. libr. 3.

Serv. in Virgil.

Æn. 7. v. 667.

Macrobius, Sat.

libr. 1. cap. 9.

Plutarch. in  
Quæst. Rom.  
& in Num.

Macrobius, Sat.

## PROPOSITIO IV.

Ibr. 1. cap. 9. veterum peritus, & futurorum præscius, utraque literis commendavit. Mihi vero  
 caussa incelle videtur probabilior velamini, quo Moses de monte descendens faciem  
 textit: nam hoc fuit velut nova frons, & nova facies priori & nativæ superimposita.  
 Ex luce vero, quam ex Dei colloquio retulerat, factum est ut fulgidus & radiatus  
 Albr. De Deo. Janus pingi solitus sit, quod factum discimus ex Albrico. Janus præsidet Janus, quod  
 imag. & nomen indicat, & clavis quam dextra gerit; unde & Ἰανοῦ dicitur. Glosse Phi-  
 loxeni: *Janus, Ἰανοῦ θεός*. Dicitur & Patulcius & Clusivius. At, Ἰανοῦ, Apollinis  
 Nigid. apud Macrob. Sat. quoque cognomen est, ut docet Nigidius. Apollo autem Moses est. Mercurius  
 libr. 9. cap. 9. etiam, alter Moses, Ἰανοῦ & Ἰανοῦ a cardinibus januarum dicitur. Ego  
 libr. 12. 21. & vero aliam fabulæ hujus reperio originem in historia Mosis: sic enim legitur in Exo-  
 seq. do: *Vocavit autem Moses omnes seniores filiorum Israhel, & dixit ad eos: Ite tollentes ani-*  
*mal per familias vestras, & immolate Phœbœ; fasciculamque hyssopi tingite in sanguine qui est*  
*in limine; & aspergite ex eo superliminare, & utrumque poscite: nullus vestrum egrediatur*  
*ostium domus sue usque mane. Transibit enim Dominus percutiens Ægyptios: cumque viderit*  
*sanguinem in superliminari, & in utroque posite, transcondet ostium domus, & non sine per-*  
*cusorem ingredi domos vestras & ledere. Vidimus igitur Apollinem àyuta esse dictum,*  
*quod viis itidem ut Mercurius præsit. Utique autem Moses est. Janum similiter re-*  
*ctorem esse viarum Macrobius testificatur. Ait idem, *Mysticos referre, regnante Jano om-*

Macrob. Sat. *nium domos religione ac sanctitate fuisse munitas;* quod de Mose verissime & aptissime  
 libr. 1. cap. 9. dici potest. *Viam pandere Deorum ad audiendam creditur Janus, auctore Arnobio. Cauf-*  
 Arnob. libr. 3. *sam affert Ovidius, quod cum limina servet, per ipsum habetur aditus ad Deos.*  
 Ovid. i. Fast. *Hanc ipsam est causam, cur primus Deorum omnium invocetur, censet Macrobius.*  
 Macrob. Sat. *Quam saepe munere hoc functus sit Moses, Deumque inter & homines medium se &*  
 libr. 1. cap. 9. *sequestrum præstiterit, docet sacra Historia. Omni vero observatione dignum est, &*  
 Ovid. i. Fast. *rem penitus evincit ac conficit, quod legitur apud Albricum de imagine Jani: In dex-*  
 Macrob. Sat. *tra habebat clavem, in sinistra vero habebat baculum, quo saxum percutere, & ex illo aquam*  
 libr. 1. cap. 9. *producere videtur. Quo pertinet illud Ovidii: Ille tenens baculum dextra, clavemque si-*  
 Plut. in Numa. *nistra. En tibi Mosem virga è rupe aquas elicentem. Memorabile & illud portentum,*  
 Albr. De Deo. *quo protensa manu effectus Moses, ut aquæ maris Rubri in alveum revolutæ immi-*  
 img. *nentem Ægyptiorum exercitum obruerent, hoc adumbratur figmento, quod post*  
 Clem. Alex. *Ovidium refert Macrobius; bello Sabino, irruentibus per portam Janualem hostibus,*  
 Strom. 1. *ex ade Jani, per hanc portam, magnam vim torrentium undis scatentibus eripiſe, multaque*  
 Exod. 2. 14. *perduellium catervas devoratas rapida voragine periisse. Navis illa in Jani numinatis ex-*  
 Plut. Quæst. *preflla, non navigium quo Saturnus trajecit in Italiam, sed fiscellam illam scirpeam*  
 Rom. *pice ac bitumine oblitam mihi videtur significare, in qua Moses expositus est. Re-*  
 Macrob. Sat. *gem fuisse Janum auctor est Plutarchus; quamobrem in throno sedentem eum Albrici*  
 libr. 1. cap. 9. *repræsentat: in Ebraeo jus regium Moses exercuit, & Καὶ αὐτὸς à Clemente Ale-*  
 Arnob. libr. 3. *xandrino appellatus est. Quis te constituit principem & judicem super nos? aiebat ei rixos-*  
 Ovid. i. Fast. *fus ille Ebraeus in Ægypto. Italorum Janus legumlator fuit, teste eodem Plutarcho:*  
 Macrob. Sat. *Moses Israëlitarum. Xenon primo Italorum tradit Janum in Italia primum Diis tempa fe-*  
 libr. 1. cap. 9. *cisse, & ritus instituisse sacrorum: ipsa sunt verba Macrobi: præcipua hac Mosis laus*  
 Arnob. libr. 3. *est. Jano divini honores in Italia sunt decreta: Moi sub aliis nominibus, passim. Ex*  
 variis denique, quæ de Jano seruntur fabulis, concludamus cum Arnobio, nullum  
 unquam extinxisse Janum; credamusque potius, allatis convicti rationibus, nihil aliud  
 quam impositam Mosis larvam fuisse.*

III. Vertumnus eundem esse ac Janum bene longa dissertatione probare conatus  
 est Johannes Annus Viterbiensis, quem & alii affectati sunt. Hoc si illi concedatur,  
 concedatur quoque nobis necesse est Vertumnus esse Mose. Scribit Propertius in Ele-  
 g. 1. *gia, Vertumni laudibus dicata, speciem illum Iacchi nonnumquam furari solitus,*  
 Phœbi etiam, necnon & Fauni. Atqui Phœbus, & Iacchus Mose dissimulant, ut  
 docui, dissimulat & Faunus, ut mox docebo. Hortorum quoque Deus est Vertum-  
 nus, itidem ut Priapus, qui Moses est. In omnes fingitur formas, ut Proteus, & Fa-  
 nus; quorum uteque, alter Moses est; & ut Genius, quem vultu mutabilem esse te-  
 stat Horatius: Genius autem ad Solem refertur, ut ostendi ad Origenem: Sol au-  
 tem Apollo est, Apollo Moses. Eadem enim res, ut saepe jam monui, alium significa-  
 tum habet physicum, alium historicum. Mentibus etiam humanis præstet, & cogita-  
 tiones hominum vertere ac mutare Vertumnus. Acron censet, quod aliud Geni of-  
 ficium est. Se puellam & virum fieri prædicat Vertumnus apud Propertium, quod &  
 Prop. libr. 4. & Mercurio, & de Baccho, & de Vulcano, & de Tirefia legitur. Itaque in omni-  
 El. 2. bus Italie municipiis ambiguo vultu Vertumni simulacra fingebantur, quæ pro habi-  
 tu imposito, diversas numen facies exhibebant. Autem Acron. *Vertumnus Deus in-*  
 Horat. libr. 2. *vertendarum rerum est, id est mercatura, inquit Alconius Padianus. Idem tradunt Acron,*  
 Epist. 2. *Act. in Horat.*  
 Serm. 1. Sat. 7. *Serm. 1. Sat. 7.*  
 Afron. in Ci-  
 tate.